



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Virginitatis virtus & præcellentia quanta. Can. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

non esset multum desideratus vel acceptus, credo; magis sui presentiam horreret, quam desideraret. Quamuis autem paulò ante allegata verba ad omnes amatores meos dicta videantur, speciatim tamen de virginibus accipienda sunt: vti Evangelica illa parabola quæ de decem virginibus posita est, quarum quinque essent prudentes, quinque fatuæ, declarat. Quod cum ita sit gaudete, quia quemadmodum B. Paulus Apostolus ad Corinth. testatur, vos estis sponsa, & ego sponsus.

2. Cor. II.

*Virginitatis virtus & præcellentia quanta.*

## CANON IV.

Athana.

**Q**uanta est excellentia & dignitas tua ô cœlica virtus virginitas, quæ dignâ æstimaris non qualemunque, non corruptibilem, non mortalem hominẽ, sed me creatorem & saluatorem tuum sponsum habere? Verissimè de te huc in modũ facer meus Archipræsul D. Athanasius exclamauit, inquit: Magna virtus continẽtia, magna gloria castitas, magna sunt virginitatis præconia. O virginitas diuitiæ incõpræhensibiles. O virginitas corona immarcescibilis. O virginitas templum Dei, & sancti spiritus domicilium. O virginitas margarita pretiosa, apud multos latens, à paucis verò vix inuenitur. O continentia amica Dei, & apud sanctos laudata: O continentia vulgo inuisa, sed ijs qui te digni sunt nota: O continẽtia mortem & inferos effugiens, & in mortalitati adhærens. O continentia gaudium Prophetarum, Apostolorum gloria. O continentia angelorum vita, & sanctorum hominum corona. Beatus qui te tenet, beatus qui per patientiam tibi constanter adhæret, quoniam postquàm paululùm laborauerit, multa recipiet munera in te. Beatus qui per totum hoc tempus ieiunãrit, quoniam in aeterna Hierosolyma habitabit, cumq; angelis choreas ducet, cumq; Sanctis Prophetis & Apostolis requiem habebit? Quomodo autem aded es fecunda vt ipsos etiam cœlos tua repleas fecunditate, & tamen permanes integra ac incorrupta? At longe scelicissima tua fecunditas, atque (vt ita dicam) parturitiõ est, quæ ipsummet Deum sine dolore parturis, & mater Dei vocari mereris. Et reuera tam sublime est matrem Dei vocari, vt nihil sublimius inueniri queat, solo Deo excepto, nec ad maiorem honorem, vel dignitatem quamlibet possem euehere creaturam, nisi efficiendo eam matrem meam. Hoc verò priuilegium solis virginibus concessum est, quas qua laude, quibusve verbis ego, ego, inquam ipse, extollam, non inuenio, quando quem cœlum & terra capere nequeunt, in corpore suo circumferant. Quæ etiam hæc sunt prerogatiua dotatæ, vt quamuis proles ex carnali non ædant concubitu, minimè tamen idcirco in fecundæ aut steriles sunt. Et quamuis proles iterum morituras non parturiant, pariunt nihilominus fructum permanentem in seculum seculi. Postremò quoties noua aliqua gratia, noua voluntas diuinæ mez voluntati conformis in animabus ipsarum nascitur, toties in eis ego spiritualiter nascor.

Virginitatis  
fecunditas  
quanta.Matrem esse  
Dei quanta  
sit dignita-  
tis.Virginitas  
vt sit mater  
Dei.Nascatur  
quinã Deus  
mysticè in  
animabus.*Virginitas cur non sit præcepta, sed consulta.*

## CANON V.

**H**anc virgineam, puritatem propter suã ingenitam nobilitatem summamq; dignitatem nulli præcepi, sed summoperè commendauit summisq; laudibus extuli, & vt non coacta, sed libera voluntate eligeretur ac seruaretur, suasi hocq; ea præcipuè de causa, vt cum vltro diligeretur non præcepta, sublimius glorio-